

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. II. S. Romarici nomen, forma, prima ætas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

quod olim Montfortium ; ubi adhuc  
hodie utriusque cernuntur ossa &  
monumentum.

## C A P. II.

S. Romarici nomen, forma, prima  
etas.

MS. L.

c. I. &amp;

l. 3 c. 1

qui a

dit et

sigebe

tum

debet

patren

Theod

berti

uñ. qu

regna

cœpit e

no Do

505. fili

deince

Vnde

Rom. a

ciasse

i uell'

gutte

**R** Omulphi & Romarici nomina initium videntur habere à gloria, sive  
quæ Rhum, aut spacio, quod Raum à Chi-  
vocatur: finem vero, illud quidem ab auxilio, quod hūlff, istud à potentia:  
ut sit Romaricus loci aut gloriae diues ac potens. Et hic quidem forma traditur admodum excellente, bonisque corporis viribus fuisse. Primis statim annis, ut Christianæ fidei præceptis eruditiretur, Deique timore imbuere tur, operam dederūt parentes: & primam ferè ætatem in Austrasiæ Regum Childeberti ac Theodeberti, aula exegit. Quia vero ad huius fines venit aliquando Sanctus C. O.  
L V M B A N V S, eique pergratus

G 2 fuit

100 ROMARICI COMITIS

fuit, per occasionem istam factum ut  
cum Sancto isto ageret S. Romaricus,  
cuiusque doctrina & exemplo ad per-  
fectioris vitæ studium valde inflam-  
maretur. Accedebat, quod maxima-  
*ib. & sa.* ei cum S. Arnulpho familiaritas ac ne-  
cessitudo intercederet, ab eo que ad  
maiores Dei cultum excitaretur  
plurimum, sic ut quodam tempore  
ipsis pñè decretum esset, ad Liriné-  
se B. Honorati monasterium sese con-  
ferre, ibidemque religiosam sectari  
disciplinam. Sed vtrumque ad alia  
quædam destinarat Deus.

C A P. III.

*S. Romarici in paupertate ac iniuriis  
tolerantia, & ad pristinas  
fortunas restitu-  
tutio.*

**T**Heoderici Regis tyrannide, or-  
batus S. Romaricus & parente, &  
fortunarum parte longe maxima, te-  
nuio-